



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomiae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

Clarissimo Doctissimoqve Viro D. Nicolao Reusnero Iurisc. & Poëtae
Caesareo, amico suo singulari. S. P. D.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

uari, aut cōpensari posse: sed vt intelligatur
clarorū virorū operā nō aspernari: sed omnia
eam conatu ambire: & quibuscumque bellis
uolentia signis queo, strenuè aucupari
re. Tu Musis, & Reipub. literariæ diu inco-
mis viuas velim. Etiam atq; etiā vale. Augu-
stus Vindelicorum. Idib. Aprilis. M. D. XX.

PHILIPPVS EDWARDI
Fuggerus Baro. &c.

CLARISSIMO DO
CTISSIMO QUE VIRO D. NIC
lao Reusnero Iuris. & Poëtæ Cæsareo, am-
ico suo singulari. S. P. D.

Literæ tuæ, doctissime Reusnere, pri-
Idus Martij ad me scriptæ; gratissimæ
quidem mihi, atque optatissimæ fu-
runt; vt pote singulari illo amore in me
plenissimæ: sed eam voluptatem docta illa
elegantia Emblemata tua plurimū auxi-
runt. Nam ita naturam, & proprietatem
rum vbiique describis, atque effingis: vt nō
hil planius, aut diligentius exprimi pos-
sit. Itaque magnum amoris signum dedi-
quod hoc muneris mihi impertiri, mecum
que communicare volueris. Hortor autem
te, & omnino suadeo: vt in hoc scribendi ge-
nere, in quo præcellis, adhuc pergas. Quod
si, v

l. ut spero, feceris: nominis tui, quod per se
est clarum, & omnium sermone celebratum,
gloriam consequere immortalem. Libellos
adiunctorum prima occasione mittam ijs, qui-
bus voluisti: & causam tuam diligenter com-
mendabo. Sic enim habeto: mihi omnia, quæ
ad dignitatem, & amplitudinem tuam augé-
dam spectat, in primis cordi esse: quod ipsum
breui, ut spero, manifestò comperies. Cate-
rūm Cancellariū Drechselium, & Zorerum
amicos nostros si saluere jusserris; erit mihi
gratissimum. Vale, clarissime Reusnere.
Viennæ Austriae. . I I I. Non. Aprilis.
M. D. X X C I.

Tuus

RUPERTVS A STOZIN-
gen, in Altenperg.

CLARISSIMO F V-
RIS CONSVLTO, ET VATI IN-
primis diuino, D. Nicolao Reusnero Leo-
rino &c. amico suo honorando.
S. P. D.

NON modò præstantis ingenij vim
Emblematis tuis indicasti: quod vel
ipsum equidem in commendatione,
eruditorumque nomine semper ponendum
D 2 censui: